

BK. 534, 9.

B. m




MICHAEL
lis Haslobij Berlinen-
sis M. Ornithus
Auceps.

CVM ALIIS EIVS.
dem Carminibus.



FRANCOFOR DIÆ
CIS VIADRVM, ANNO
LXXI. supra
D. & M.



1. M. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

EVANGELIUM

EVANGELIUM
ACCORDANT
TOMMUS
BAPTISTE

ORNITHVS AVCEPS.

Me uocat in campos sudi clementia cœli,
Et facies rerum melior, lenesq; calores.
Vrbis opes ualeant, urbisq; ualete tumultus:
Arbor odo ifera sub humo mihi porrigit umbram,
Argutæq; canunt uolucres, iucundaq; circum
Auraleuat flamas, solis quas ingerit æstus.
Et sprea Cycniger o perstringit flumine ripas.
Hic operi insudare iuuat, rapidosq; calores
Sæpe laborando frustrari, & fallere fictis
Carminibus uolucres. Dubijs mihi cognite rebus
RECHBERGERE faue cœpto, Querci^q; coronans
Necte comis. Nondum Lauros hederasue merebor.
Ipse tibi curas referam, quas Ornithus hausit
Innumeras Viadri postquam se uulxit ab undis,
Marchicus hunc tali renocabat carmine Mœris.

Ornithe quod nobis Fatum qui casus ademit
Te procul à Viadro sub amœnæ flore iuuentæ
Tempore quo spirant gelidis in uallibus auræ,
Pastoresq; auium cantus mirantur in agris?
Nobiscum poteras uolucres audire canentes,
Ponereq; insidias, fictasq; adiungere uoces
Clam latitans, prædamq; aliquam sperare sub umbra.
Aut ubi sol radios geminasset uespere summo
Dicere uersiculos, notosq; aspergere amores.

CUP

Cur abes, & curam nobis luctumq; relinquis
Ornithe, qua caperis, gratae consortibus artis?
Iam Corydon, Daphnisq; tibi carissimus unus,
Te gemitu reuocant, mallentq; agnoscere uultum
Absentis, notoq; ipsis sermone teneri:
Sed miseri repetunt notis sua carmina ripis.
Ipsa etiam pallet morti iam proxima Nice
Æmula Callirhoës præstantis corpore Nymphæ,
Quando reuersurum nequicquam sperat amantem.

En tibi delicias, Viader, tibi seruat amores,
Et gelidas ualles, gelidisq; in uallibus umbras.
Inq; umbris requiem tremulis auramq; salubrem.
His etiam fluuium iungit tibi dona daturum,
In primis saltus, ubi mane & uespere sero
Allicias uolucres arguta uoce canentes.
Hæc tibi dat frustra: sed enim, tua corda, sodales
Deseris ad uirides portantes retia sylvas,
Impositasq; plagas tenui de canabe nexas,
Diuersasq; domos auium, baccasq; rubentes.

Felices saltus, coluit quos Ornithus auceps
Sæpe suam celebrans Leuken fastumq; superbum,
Doctus ubi indulxit primo sub mane uolucri
Arte quod hac præstans fuerat uernantibus annis.
Post uatum curas, resonæq; silentia uocis
Marchiacum nōrat miscere silagine uinum,
Hordeaq; adiucere, & milium, gratumq; papauer,
Cunctaq;

Cunctaq; edenda auibus medio proponere in agro.

Ille odium sensit, cognatae & iurgia gentis,

Liuoremq; Fides ubi nunc, ac candor amatur?

Iam fugias hostem: nec amicis credere tutum.

Spargite questuro fluuij uos spargite lymphas,

Ornithus antiquas sedes patriamq; reliquit

Orbe sub Arctoo. Fuit ista ingrata uoluntas.

Ah miseram sortem, nobis quæ sustulit illum

Digressum viadro, & seruantem corde dolorem,

Cum lacrymæ illius caderent super ora querentis,

Taliaq; ætherias cœli spargentis in auras.

Credite Pastores, succedet Chlorea Nymphæ

Pasiphilæ: siquidem fidum contemnit amantem.

Virginibusnè adeò fastus? Vos sidera testor:

Desero Pasiphiles gravis inuitus amores.

Vos etiam ô, dulcis mihi turba, ualete sodales,

Fidite nec nimium: penitus diffidere turpe est.

Tu quoq; Callirhoë ualeas. Iam Chlorea nostros

Promerita est ignes. Valeas carissima tellus.

Dum fuerit mihi uita, tuum non odero nomen,

Talia dicebat, caramq; uidebat ad urbem,

Respiciensq; uiam lacrymis rorabat obortis.

Actus at in terras alias nunc Ornithus exul

Non pignus nostri prædulce reliquit amoris

Dum puto nos unâ ducturos longius annos.

Ille sed in terris alijs solatia querit,

Quando omnis docto secura dat otia tellus.

A 3

Care

Care anime, o reditum, tuos inuise sodales:

Sponte tibi nutrit graueolentes Oderia Rutas,

Atq; alias herbas, riguis quas Cæsia lymphis

Inficit, infectasq; fouet, fotasq; per hortos

Anxia decerptit formosis vnguibus olim.

In reditum, toties optatum, serta daturas.

Dumq; ita sollicitè conspergit, crescite, dicit,

Crescite: mox aderit meus Ornithus, & geret herbas

Inuidiae contra morsus, & triste venenum.

O mihi contingat iucundam cernere lucem.

Qua videam notos oculos, notasq; loquelas

Accipiam cupidus, discamq; exhausta sub Arcto.

Exilia, & curas infinitosq; labores,

Quos procul à dulci patria, amplexuq; tuorum

Fortior ærumnis subiisti, & mille querelis:

Cum lacrymæ erumpent oculis, cum gaudia prodent,

Nec saturare aspectu animum propiore licebit.

Quæ tibi cantabit tuus olim carmina Mœris:

Carmina quæ pura facunda probauerit aure

Pegasus Nomius, celebris nec spreuerit Acron,

Audiet hæc frustra Melite, frustraq; dolebit:

Cæsia gaudebit, patriæ gaudebitis vrbes

Te lepidos ipso redeunte redisse lepores.

Retia nunc solitasq; plagas, baccasq; resumere

Daphni tuas, saltusq; pete, & loca cognita paucis.

Insidias pone, & volucres cape, decipe curas.

IIIe

Ille canet : saltus gaudebunt : Odera plaudet
Agnatos inter frutices, terræq; colores.

Quid doleo frustrâ uacuas conquestus ad auram,
Et peto solamen curæ grauiumq; dolorum?
Ver reuehit flores, confectis frigore, campis :
Carmina non referunt Arctois Ornithon agris.
Sol radijs summus fouet in conualle virenti
Multiplices florum vires, quæ corpora sanant,
Et morbos varios : nequeunt sed tollere curas
Ex animis flores exorto Vere reducti. (vultu

Ornithus hinc obijt. Lustrans roseo omnia
Phœbe pater serua pridem tua templa sequutum.
En tibi iam Quercum, Lauros mox afferet Ægon.
Inuia dum repetit nostris procul Ornithus agris.
Quo sine non veteres ostentant arua colores
Squallida nunc, alias vario pulcherrima cultu.
Nemo iplagas gestat manibus, fert retia nemo,
Cessat & ipse labor, cessant in monte choreæ
Ornithus at redeat, color aruis ille redibit
Pristinus, & crescat studium, crescentq; choreæ.

Ornithus ad magnos erat adducendus honores
Gesturusq; hederas, Myrtiq; recentia serta.
Dijs aliter visum. Facilis mutatio rerum est.
Si tamen antiquos impunè reuiset amores
Gaudebunt socij, gaudebit Cæsia virgo,

A 4

Ruraq;

Ruraq; cum syluis , solitiq; ferentur honores,
Rursus & implebit concentibus Ornithus auræ.
O quaecunq; colis, pastor suauissime, terræ
Hinc procul à Sueuo, Viadriq; binominis amni
Ornithe care uale, longum uale Ornithe care.
Si doleas, tecum Mœris, Corydonq; dolebit,
Et socius curæ uolct huic accedere Daphnis.
Si rectè ualeas, tecum tua cura ualabit
Mœris, & Arctous Corydon, dulcesq; sodalis
Leniter incident uersus in cortice Daphnis.
Haec tenus : & gratas repetiuit flebilis undas
In gemuitq; istis curis ad flumina Mœris
Candidus & simplex : illum candoris amantes
Et Celadon, Lycidasq; graui mœrore sequuti
Cosolabantur, memores absentis amici
Exilium passi, dubiæq; incommoda sortis.
Cuncta dies aufert, curas quoq; Sæpè uidemus
Quod graue leniri uotis. Hæc ultima sunto.



AD

AD MELCHIOREM
A RECHENBERG, E.Q. SIL.
in funere affinis vVolgangi.

Siccine te tristes Rechenbergere querelas
Iuuerit ad longam continuare moram:
Ut neq; , cum nostras credatur tollere curas,
Auerat ærumnas tristitiamq; dies :
Aut minuat saltem , nequeat si demere totas,
Pars quia præsenti nescit abesse malo :
Nec, quibus ut quodam frueris solamine, Musæ
Luctibus auxilium subsidiumq; ferant e
Non lacrymas ponis, sed enim te ducere uidi
Tot gemitus , caras imbre rigante genas.
Pullaq; iam uelat tibi corpus flebile uestis,
Certaq; de uultu signa dolentis cunt.
At uidi posuisse suum de corde dolorene
Cui pater aut frater nuper humatus erat.
Tunc tamen imprimis, quoties accederet illud
Quo grauis ex animo sueuit abire dolor.
Hoc equidem uidi : Sed non tamen improbo luctum
Iusta sub hoc casu quem tibi causa mouet.
Mutua nam quondam minuunt suspiria curas,
Ac nostri memores nos decet esse mali.
Aspicio damnum , quando letalibus undis
Obrutus affinis nocte silente fuit.

A 5

Huic

Huic soror optanti maturis nupserat annis.
Purpureas stabat cui rubor ante genas.
Illa fide præstans gaudebat amore mariti,
Et rosei cultrix illa pudoris erat.
Nunc igitur grauius Rechenbergere sororis
Nomine, sub Viadri flaminis vrbe, doles.
Parca quod, incepsum Fatis, turbauit amorem.
Coniuge sub uiduo mœsta querente toro.
Filia post obitum restat, quæ plorat adempto.
Patre nihil læti pectoris esse domi.
At genitrix orbata uiro lugere videtur
Vertice neglectis conspicienda comis.
Et reuocat thalami partem, si cernere possit
Pectoris, ærumnas percipientis, opem.
Ceu Thisbe lacrymis te Pyrame sepe uocauit
Dum lepidus medio pectore sanguis abit.
Sic dolet in bellis crudeli morte peremptum
Inficiens, coniunx, imbre tepente genas.
Non aliter repetens animo miserabile funus
Spargit apud notas tristia verba soror.
~~Ver erat, & tellus auibus gaudebat & herbis,~~
~~Mitius & viridans ripa ferebat aquas:~~
Cum tuis affinis (quæ non est nulla voluptas)
Vectus equo celeri viuere rure cupit.
Noctis erat tempus finita luce diei
Cum parat, adducta nocte, redire domum.

Sed

id male dum cautus sinuosum pernatat amorem
Mergitur infido gurgite lapsus eques.
Quem (patriæ si quando salus afflcta vocaret)
Militiæ socium Mars habiturus erat.
t (veluti floris cadimus nos more) necatum
Impositum voluit Mors uiolenta solo.
eu quoties miserum sperando fallitur axum,
Et sumus instantis nescia turba necis
uam fuerat melius bello sperasse fauorem,
Pro patria quoties bella gerenda forent.
nc viridi gaudens iisset victoria Lauro
Milite Teutonicas morte premente forces.
edita quin esset, cognatis grata, voluptas
Pro patrijs vitam deposuisse foci.
dubiam sortem: metam scit nemo malorum,
Sed mala concrescunt per fora, perq; domos.
tamen interdum nobis fert damna voluntas:
Qui cupies rectè viuere, viue Deo.
ra capit corpus, capit unda volubilis illud,
Aut etiam corpus turpiter ense cadit:
id tamen hic restet, quæras: hoc scilicet vnum,
Omnia quo veniant letius, esse locum.
ra nihil poterit, nihil unda nocere beatis,
Verior in cœlis est quia nostra salus.
(modò sit nostræ talis facundia lingua)
E querulo poterat cadere corde dolor.

Exclamatio.

Sed

Sed queritur domus orba suo cultore, sed effert
Tristiciam coniunx per mala tanta suam.
Filia sed plorat, tristis uicinia luget,
Flebiliter lacrymis sed loca cuncta madent.
Sicut ubi squallens effuso sanguine corpus
Ad patrias tristi fertur honore domos.
Non ita dilecto gemuit pro coniuge coniunx
Carta sub sceptris tradita cuius erat.
Tu quoq; iam luges sub honestæ clade sororis.
Cordis & in uultu signa dolentis habes.
En tibi se iungunt socij, quos Odera cernit
Pieridum studijs attribuisse moram.
Hinc tibi solamen ueniat (tu consule Musas)
Sic animis poterit questus abire tuis.
Dicere sed poteras: alia si morte perisset
Non adeò lacrymis intepuisse uelim.
Hei nimium frustra quereris. Qui uixit honestus
Et pius, in cœlis ille beatus erit.
Opprimat innocuos tellus, condatq; sepulchro,
Clausaq; sub uili corpora seruet humo:
Tempus erit quando cœlesti redditâ luci
Percipient factis præmia digna suis.
Opprimat incautos fluuius, non unda tenebit
Membra, sed aspiciet rufus humata solo.
Crediderim (quia numen aquis) quod gurgite mer
Lenius allabens unda tulisset opem.

rum tamen interea præstarct murmure luctum
Ex obitu sensim deficientis aquæ.
At facto quia iuncta fuit diuina uoluntas
Dedecet huic toties succubuisse malo.
Ergò tuo querulos ponas è corde dolores,
Et fragiles hominum sis memor esse uices.
Tardius hos , alios citius mors inuida tollit :
Tardius aut citius nos trahet hora scmcl.
O quater & suprà felix, multumq; beatus
Qui moritur uero fisis amore Deo.
Ille ruinosæ deserto carcere terræ
Sidere & sanatos cernet in arce domus.
Ambrosiæq; cibos sumens & Nectaris haustus
Aligeri propior pars erit una chori.
Nunc ubi Bolgangus uiuit, nunc accola cœli
Nuper at infidæ gurgite mersus aquæ.
Sub terris immersus aquæ, sed pulchrior illuc
Est niue , uel , natis Verc tcpente , rosis .
Pectus & aspersum diuini sanguine Christi
Aspicit inuictam dona secuta fidem.
Quætuus affinis carpit regionibus illis
Sollicitos uiduæ conscius ire dies.
Sed uiduas curat Deus , & solatia natæ
Afferet , ac tandem meta doloris erit.
Tu Citharam sumens oblecta carmine Manes:
Non poterit cimeres iste grauare labor.

Scilicet

Scilicet expectat supremi munus honoris,
Et genio pictas vltima dulcis erit.
Non etenim subito languent cum corpore sensus
Quos faciet socios aetheris vna dies.
Aspice me tumulo defuncti munere vitæ
Conscia lugubris carmina ferre lyræ.
Quamlibet a studijs ego sepius auocer istis
Non præcium Musas questus habere suum.
Et tamen inceptos, quantum licet, vrgo cursus,
In noua nec vulgo iudice cœpta feror.
Huic similis labor esto tuus, nec desere Musas
Diuitijs præstans ingenioq; tuo.
Et cape sub Viadri confectum flumine Carmen
Quod, tibi iam notus, scribere iussit amor.
Sic tibi dent olim Lauri noua serta camænæ
Sic gentri crescas gloria magna tuo.

AD MELCHIOREM A
RECHENBERGK EQ. SIL
in Patriam redditurum.

Rechbergere meis amate Musis
Quantum quisq; mihi potest amari:
Mox ergò patrias videbis oras
Sicut nuper amiculum docebas.

CUM

Cum sermo varius renasceretur?
Cernes Elysiae vireta terrae
Exornandus honoribus relicto
Piscoso Viadro, tibiq; caris,
At me præ reliquis tuis amicis.
Nos inuisimus hortulos frequenter
Verno tempore: nos sitim leuantes
Dulci ueetare vidit, et iocatos
Miratus Viader fuit sub herbis.
Et de Vatibus optimis loculi
Nonnunquam fuimus, bonisq; libris,
Quis nunc alloquio leuare curas
Sexcentas volet ac meos labores?
Cum votis citius meis abibis
Hei quantum rapies amice tecum
Nostri pectoris. Ah quod est negatum
Tecum cernere patriam venustam
A Heroumq; domum, domumq; Vatum.

F I N I S.

Michael Haslobius F.

Sue

n.
sus,

n
or.

I L

Cum

AKTc 1616

ULB Halle
003 255 212


3



Farbkarte #13

B.I.G.

Black	White	3/Color
Magenta		
Red		
Yellow		
Green		
Cyan		
Blue		



QK. 534, 9.

B. m

II C
1676

MICHAEL
lis Haslobij Berlinen=
sis M. Ornithus
Auceps.

CVM ALIIS EIVS.
dem Carminibus.



FRANCOFOR DIAE
CIS VIADRVM, ANNO
LXXI. supra
D. & M.

